



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 111. Ladislaus Poloniæ Rex, ab Hungaris in Regem electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

devastare. Regnavit tamen Florente Sæcul. XV.
 continuo pace usque ad annum Domini A.C. 1429.
 millesimum quadringentesimum quadra-
 gesimum octavum, ad cuius initium die
 sexta Januarii vitam suam clausit.

§. CX.

*Fridericus III in Imperatorem ele-
 ctus.*

Sub primis hujus anni auspiciis Germa- An. 1440.
 niæ Principes ad Francofordiæ Comi- Trith. in
 tia convenerunt, ut novum Cæsarem Al- Chro. Span-
 berto II nuper defuncto subrogarent. Igi- heim.
 tur die vigesima sexta Februarii concor- Aug. Patric.
 di omnium suffragio elegerunt Frideri- to. 13. Conc.
 cum Austriæ Ducem, Ernesti Filium, & p. 1582.
 Alberti Imperatoris Patruelem. Juvenis
 erat viginti sex duntaxat annos natus, pa-
 cis tamen tuendæ adeo studiosus, ut me-
 rito *Pacifici* cognomen obtinuerit. Jam
 duos Cæsares ejusdem nominis, imperii
 Prædecessores sortitus erat, hinc nomi-
 nis hujus tertius appellabatur, vel omni-
 no quartus, si etiam Fridericum *Pulchrum*
 Ludovici Bavari æmulum numeraveris.

§. CXI.

*Ladislaus Poloniae Rex ab Hungaris
 in Regem electus.*

Albertus e vivis decedens, duas tantum
 Filias,

Sæcul. XV.
A.C. 1440.

Filias, & uxorem prægnantem reliquerat. Regina vidua metuens, ne filium denuo procrearet, incaute admodum Hungaris persuasit, ut Ladislaum Poloniæ Regem in Regni sui Rectorem cooptarent. Albertus enim præter Germaniam Hungariæ, ac Bohemiæ coronis auctus erat. Interim vero Imperatrix vidua Filium, quem Ladislaum appellabat, enixa, iam facti poenitens summopere dolebat, ab Hungaris Sceptum extero Regi sua non minus intemptiva, quam improvida festinatione delatum fuisse. Nihilominus ut errorem suum, quantum in ipsa esset, emendaret, Filium suum quarto natiuitatis suæ Mense per Cardinalem de Zeech Strigoniensem Archiepiscopum coronari fecit. Porro cum uterque Rex suos Sectatores numeraret, Regnum in duas factiones misere scindebatur: cum vero illi, qui Ladislao Poloniæ Regi adhæserant, numero & potentia indies crescerent, Regina cum Filio suo ad Fridericum Cæsarem in Austriam confugere compulsæ est. Hinc discordiæ, & diuturna cum Germanis bella exorta.

§. CXII.

Alberti Filius a Bohemiæ corona exclusus.

Bohemi quoque Ladislaum puerum ad Regni